Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Elisabeth autem impletum est tempus pa
riendi. & peperit filium. Et audierunt
uicini & cognati eius quia magnificauit
dns misericordiam suam cum illa. & congratula
bantur ei. Et factum est in die octauo.
uenerunt circumcidere puerum. & uo
cabant eum nomine patris sui Zacharia.
Et respondens mater eius dixit. Nequaquam,
sed uocabitur iohannes. Et dixerunt
ad illam. Quia nemo est in cognatione
tua. qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius. quem uellet uocari
eum. Et postulans pugillarem. scripsit
dicens. Iohannes est nomen eius. Et mi
rati sunt uniuersi. Apertum est autem
illico os eius & lingua eius. & loquebat